

IN PRIMVM SEN.

Cur si hæc scientia maxime ad sacerdotes & Reges est necessaria ut possint docere & Regere ad Dei voluntatem populi illis commissum, cur inquit non dixit in corbonam & Musach? R. Dicit in Gazophila, vt ostendar q̄ hæc scientia non solum ad sacerdotes & Reges spectat sed ad omnes, quia finis istius est salus, & omnes saluare vult Deus.

Delectat. Dicit etiam expectare duos denarios. i. Præmia animæ & corporis. i. Gloria animæ & immortitas corporis.

Delectat nos veritas pollicentis. Hic ponit Laborem & Labor maximus, Labor superat vires

Præmium . Præmium maximum. Præmium excedit meritum.

Quo in ardentescere fidem nostram aduersus errorem carnalium atque animalium hominum uenit. Hic ponit causam compellentem, & cogentem. Vult tueri veritatem contra carnales & alios homines?

Hic querit potest cur magis carnales, quam alios peccatores, quam superbos, & homicidas & blasphemos redarguere, confutare, & annihilare cupiat? Nam magis corripiere deberemus eos qui maiorem laſionem asserti quā minorē. Homicidae, latrones, & blasphemii superbī maiorem inferunt laſionem quam reliqui peccatores ut carnales & alios: ergo debet magis in ardescere aduersus istos.

R. quod peccati grauitas dupli, perpenditur.

Altero modo in se In se, & sic dico q̄ maius est peccatum superbie, homicidij, furti & blasphemie, quam dicatur, esse carnalis macula, quia alia peccata sunt ex iniuria, & impietate: sed caro ex fragilitate, & peccatum fragilitatis est minoris damnationis.

In effectu vero peccatum carnalitatis est maius. Patet. Illa est maior culpa que matus infert damnum & ruinam. At carnalis macula maius infert damnum, & ruinam quam furtū, superbia, & blasphemia, ergo maior culpa. Major vera. Probo minorem.

Cetera peccata tollunt res virtutes, gratiam, & Deum sed non mutant homines, superbis est homo. Homicida homo: blasphemus homo: At carnalis inmunditia tollit esse hominis, & hominem in bestiam mutat: At bestia longe distat ab homine, & quantum distat ab homine tāti carnalis distat ab alijs peccatoribus. Magister igitur videns finem pessimum ex carnalitate dixit aduersus carnales, & animales, qui ex carnali vnu evadunt in bellus.

Quanvis non ambigamus omnem humani sermonis eloquentiam. Hic hæreticos detestatur.

Vocat filios tenebrarum, & diffidentiae: ponit non vera sed placita: sunt purientes auribus, student everttere Ecclesiam.

In quo maiorum exempla doctrinamq; reperies. Hic ponit certitudinem authoratam & comprobatam ex Doctribus sacris.

Non igitur debet hic labor cuique pigro, vel multum docto videri superflui. Hic ostendit compendio sum, & per breve opus in quo precipias, & lucidores complicauit sententias. Nam quæ euoluta erant & latitudinis maxime spatiū continebant in molem angustam complicauit.

Ideo laborem & Laborem legendi multos Doctores &

Expensas abfudit. Expensas infinitos libros.

In Hoc opere non solum pium lectorum, sed liberum correctorem desidero, maximè vbi profunda, veritas quæstio versatur. Duo maxima cupit.

Lectorem & Sed vult doctorem pium, & Sed obseruandum venit cur non vult omnem

Correctorem. Correctorum liberum..

At non vult omnem Nonne potest esse aliqua causa? Pro intellectu istius cautelæ vt ita dicam scire

Lectorem, nec est necesse q̄ sunt multi lectors & multi correctores. Nam lectorum qui-

Omnem doctorem. Quare? Non habet rationem aliquam?

Ignorantes: Quidam falsi, Quidam simplices, Quidam impii, & Quidam pii.

Lectors ignorantes non degustant lectionem: sunt qui legunt at minime percipiunt rem. Curiosus lector dicitur ille qui aut studet inutilibus, & vanis: Aut utilibus operam dat magisquam expedit: Aut ijs quæ statum suum excedunt intendit maxima cum diligentia vt artifices de rebus diuinis non disputare.

Lector falsus dicitur qui in lectione accipit contrarium & reputans veritati. Hoc modo possumus vocare hæreticos falsos lectors qui sacram scripturam perperam, corrupte, & vitiosè legunt ac interpretantur.

Lectorum simplicem dicimus illum qui scripturam legit, eo modo quo est, & nil addit nec diminuit: Hoc modo faciunt boni Christiani, & Catholici.

Lectorum impium dicimus qui interpretatur sacram scripturam cum dedecore, detractione, & laſione Auctoris.

Lectorum pium vocamus qui maxima cum charitate, honore, & dignitate sacram scripturam, necnon studio foris laborem interpretatur. Hoc modo homines pii & Catholici faciunt, Talem ergo percupit Magister suo in labore. Querit etiam correctorem liberum. Obseruo d. liberum, qui eodem modo dicuntur, esse multi correctores. Nam.

Alij sunt serui: Alij libertini: Alij liberi. Libertus dicitur esse de seruo factus liber, Alij liberti: Alij ingenui: Alij ingeni.

Corrētores serui reprehendunt maxime cum timore, quia dubitant de dominis ne egredi ferant: & sic in multis veritatem tacent, & paruum fructum affuerunt.

Corrētores liberti & libertini reprehendunt maxima cum excusatione. Nam timentes ne ingrati iudicentur, admonent patronos sed excusando, & nullum profectum faciunt.

Corrētores ingenui, & liberti reprehendunt patronos maxima cum veritate, maxima cum charitate: zelo veritatis, & salutis. Magister ergo non vult omnem lectorum nec omnem correctorem, sed tantum corrētorem liberum, & lectorum pium. Hæc quo ad præsentem lectionem, istius prologi, in qua habuisti quid

fit proœcium: Necesitas &c. Re manet modo solvere vnam oppositionem. Ex Arist. lib. 3. Relib. ubi dicit. Proœcium apud bonos supervacuum est. Tunc sic. Quod est supervacaneum necessarium, non est: Proœcium est huiusmodi, ergo non est necessarium: ergo male dictum suum in principio esse necessarium.

Huic

*Liber corre-
sor, qui libere
corripit, libere
corripit qui nō
inuidit, sed a-
more corripit.*

Lib. 3. c. 21.